

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

THEMA LXV. EX NOVO TEST. 609

Non autem sicut proper opera mala damnantur impi: sic quoque propter bonā opēta saluantur pii. Quia non est pars ratio. Mala enim sunt perfecte mala: bona autem imperfecte bona: Ideo pannus mēstruata *inſtitia noſtræ*, Ela. 6.4 Et sic Paulus concludit, Rom. 6. Stipendium peccati mors. *At donum Dei vita æterna.* Idem disertis verbis explicat, Eph. 2. v. 5. & 8. Bene autem operemur ut firmam faciamus vocacionem & electionem nostram, 2. Pet. 1. v. 10 ut habeamus testimonia secundum quae de fide pronunciabit Christus, Mat. 25. v. 35: utque habeamus praemia pietatis, quae ad omnia utilis, 1. Tim. 4. v. 8. & ut effugiamus damnationem æternam.

II. Quia iudicabit Christus iuxta ea quae quis fecit in corpore, nullus erit locus pœnitentiae in purgatorio.

Nec proderunt opera pro defunctis. Quia accipiunt tantum iuxta id quod egetunt in corpore viventes.

III. Quia accipiemus iuxta id quod fecimus in corpore, danda opera, ut sanctificemus corpora nostra, ut sint templa Spiritus sancti, 1. Cor. 3. vers. 16. & 6. versic. 19. 1. Thess. 4. v 3.

F I N I S.

THEMA LXV.

Galat. 3. v. 26.

Omnis filii Dei estis per fidem in Iesum Christum.

D I S P O S I T I O.

Joan. 8. v. 39. Judæi cum Christo iurgio contendunt, quod negauerit ipsos esse filios Abrahæ. At cum insuper etiam negaret ipsos esse filios Dei, & affirmaret ex patre Diabolo potius esse, quia loquantur mendacium, ibi tum lapidibus ipsum perut. Ita fere nemo est inter omnes homines, qui non profiteatur se esse filium Dei, cum ore omnibus sic soleant precari, *Pater noster.* Interim tamē plures sunt, qui nesciunt quae sit vera filiorum Dei nota, quibus certe Christus si visibiliter rediret, id est esse dicturus, quod

Q q

Iudæis,

No

Iudæis, vos ex patre Diabolo estis. Hoc ne de nobis fiat quoque Paulus hoc loco docet: Quia ratione possimus fieri filii Dei hoc iam primum tractabimus. Deinde subiiciemus, quæ sint filiorum Dei maxima priuilegia.

II. Pars.

1. Naturaliter omnes homines post lapsum Adami natum in hunc mundum sunt filii iræ, Ephes. 2. v. 3. Quia in peccatis concepti & nati. Psal. 50. v. 7. Adeoque sine Christo, extranei à testamento promissionis, spem non habentes, Deoq; & hæreditate ecclesiæ carentes, Ephes. 2. v. 12.

2. Itaque non nascimur filii Dei, sed natos oportet demum fieri filios Dei Idque nobis Christus impetravit. Sic enim Paulus affirmat, quod per Christum habemus ad optionem, quod est Iesu, Eph. 1. v. 5. Gal. 4. v. 5. Rom. 8. v. 15.

De hoc Joh. 1. v. 12. Dedit potestatem filios Dei fieri.

3. Quomodo autem & qua ratione possimus filii Dei fieri? Per fidem inquit Paulus. Ideo Joannes loco modo allegato statim addit, dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.

Huc pertinet id de quo in Catechismo dicimus, Christianus sum, qui credo in Jesum Christum, 1. Joh. 5. v. 10. Qui credit in filium testimonium secum habet, & vers. 13. Hoc scripti vobis ut credatis in nomen filii Dei, ut habeatis vitam, &c.

4. Hinc toties scripture hortatur, ut habeamus & retinemus fidem, ne scilicet è numero filiorum Dei excidamus.

Marc. 11. v. 23. Habete fidem Dei.

Act. 14. v. 22. Paulus & Barnabas hortabantur Discipulos, ut permanerent in fide.

1. Cor. 16. v. 13. Vigilate State in fide.

1. Tim. 5. v. 12. Certa bonum certamen fidei.

Act. 16. v. 31. Crede in Dominum Jesum.

5. Estque sane fides Dei donum. At Dominus fidem effert omnibus, Act. 17. v. 31. Idque mediantibus verbo, Roman. 10. v. 17. & sacramentis, Gal. 3. v. 27. Quorquot baptizati estis, &c.

Ita-

laque pot
modo credas.
Ne itaq; q
utile esse filiu
sequitur
temporis,
nam non m
habes, q
norum fidei

Atquid ref
habet de fide
dixerint q
Quod si cani
hæredem
Hanc Dei,
cuius manu
intelligit.

1. Paulu
hæredes, R
Galat. 4.
qualia tra
illa sunt ter
Igitur;
2. Sed
Paulus, Ro
viter, & De
sors & non
Habent q
non sunt dan
Consono
sc potest co
Claustrum, h

THEMA LXV. EX NOVO TEST. 61

Itaque potestatem habes, ut possis fieri filius Dei, dummodo credas.

Ne itaq; quisquam se decipiat, & frustra sibi imagineatur se esse filium Dei, cum tamen Diaboli filius sit: ideoque sequamur doctrinam Pauli, 2. Corint. 13. v. 5. Tentate vel metiplos, an sitis in fide. Probate vos, Si fidem veram & viuam [non mortuam, hoc est, operibus vacuam. Jac. 2. v. 20.] habes, certe filius Dei es. Si fidem non habes, aut mortuam fidem inaniter profiteris, non es filius Dei.

II. Pars.

At quid refert, inquis, siue sim filius Dei, siue non? **Was habe ich desto mehr?** Certe tanta est filiorum Dei dignitas & prærogativa, ut nemo verbis hoc satis possit explicare. Quod si enim magnum est, esse filium Regis potentissimi & hæredem plurim regnorum, maius profecto est, esse filium Dei, Regis regum & Domini Dominantium, in cuius manu sunt omnia mundi regna. **Hoc mundus non intelligit.**

1. Paulus itaque sic concludit: si filii Dei sumus, ergo & hæredes, Rom. 8. v. 17.

Galat. 4. vers. 6. & 7. Accipere à patre regna amplissima [qualia erant illa Ahasueri, Esth. 1. v. 1.] magnum est. Sed illa sunt terrena & caduca, & relinquenda.

Igitur maius est accipere regnum cœlestis & æternum:
2. Sed & plura alia priuilegia filiorum Dei recesserunt Paulus, Rom. 8. v. 15. quod scilicet audet clamare Abba pater, & Deus audit preces. Cum cæteris dicatur, clamatibus & non audiam, Hierem. 11. v. II.

Habent testimonium Spiritus sancti intrinsecus, quod non sint damndi, Rom. 8. v. 16.

C O N S O L A T I O ex his omnibus maxima surgit: ubi sic potest concludere Christianus: Ego credo in Jesum Christum. Ergo scio me vere esse filium Dei.

F I N I S.

Q. q. 2

THE